



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Specvlvm Magnvm Episcoporum, Canonicorum, Sacerdotvm Et aliorum Clericorum omnium tam Secularium quam Religiosorum

Tympe, Matthäus

[Köln], 1614

173. Cadenti Religioni succurrere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51447](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51447)

*Cadenti precipitanteque religioni succur-
rere, & laboranti Ecclesiae
pro virili opem fer-
re.*

Mirabilis ille Aphraates in valentis hæretici ^{Trip. li. 7. c. 4. Theo.} Mac perfidi Imp. furore aduersus Ecclesiam eremo, in qua diu vixerat relicta, tanquam bonus miles ad certaminis locum venit, seque pugnantibus vltro miscuit. Quin etiam cum aliquando tyranno occurrisset in via, isque discessum à solitudine vt probrum ipsi obijceret (vel, cauillaretur quid ageret Monachus inter hominum turbas) intrepide respondit: *Dic imperator si puella essem quam pudor in conclauis retineret, vidissem autem in patris mei domum ignem conijci eamque conflagrare, num intus sedens otiose incendia spectare deberem? atque si hoc facerem me quoque ipsum flamma absumeret. Sin autem laudabile duceres quod statim accurrerem, aquam afferrem, & omni ope ignibus resisterem, hoc ipsum nunc ago, qui flamma à te in Dei domum, qui verissimus est pater, iniecta pro mea parte remedium afferre conor.* Hæc tum Aphraates. Certe si pudicissima virgo & quietissima, si paterna domus flagraret incendio, cunctari & vno in loco consistere minime potest, sed huc atq; illuc ad opem ferendam ignemq; refrigerandum passu incitatisimo rapietur, multo magis in tantis Ecclesie malis, in tot flagitiorum eorumq; portentis nemo bo-

mo bonus Clericus Christi adduci potest, ut
& turpiter ferietur, imo potius flammam ab heretice
excitatas pro viribus restinguere conatur
sterisq; suæ & voluntatis & fidei professionem
Chirographo expressam testatamque relinquit.

2. *Greg. Naz.* cognomento Theologus
Basilium & alios probos doctosque Episcopos con-
stituit, qui verbo, exemplo, Scriptis, Hæretico-
rum blasphemiam, improbitati, impertinenti-
rent. Basilium Magnum magna contentione
uit ad Cæsariensem Archiepiscopatum consecra-
tum, ut in Cappadocia serpens Pneumati-
chorum & amenium Apollinaristarum can-
restingueretur. Theodosij Christianissimi Im-
peratoris opem implorauit ad reuendendam Al-
norum, Macedonianorum, Apollinariorum im-
pudentiam, qui verbo Dei se persuadendos
præbebant. Olympium, Sophronium, Asterium,
Victoriam, Modarum, Eutropium, Amphilo-
chium, Iulianum, Candianum principes præ-
torumq; ad perdendos istos, ac ea quæ sunt
Ecclesiasticæ præstanda impulit. Pacem fons
ter principes & pastores Catholicos, ut
stiana acies contra impios esset firmior. Gladius
spiritus & ferri miscuit. Atque cum Apollinarius
modo in virga venit, modo in charitate &
mansuetudinis, ut Ecclesiam hæreticis
corruptam suæ puritati re-
stitueret.